



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Confirmatio Priuilegiorum Monasterij D. Zenonis, per Innocentium  
octauum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, Dominia, domos, terras, vineas, hortos, prata, pascua, syluas, nemora, possessiones, molendina, iura, iurisdictiones, & alia bona ad Monasterium prædictum spectantia, necnon parochiales & sine cura Ecclesias, quas eidem Monasterio vnitas siue incorporatas existere, & vos in vsus proprios canonicè obtinere asseritis, sicut ea omnia, justè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio autoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ susceptionis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, nonagesimo secundo, Decimo septimo Calendas Aprilis. Pontificatus nostri anno primo.

Confirmatio Priuilegiorum Monasterij *D. Zenonis*, per  
*Innocentium octauum.*

**I**NNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij *S. Zenonis* propè oppidum *Reichenhall*, per Præpositum soliti gubernari, ordinis *S. Augustini Salisburgensis* Diocæsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor equitatis quàm ordo exigit rationis, vtid per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alia indulta, vobis & monasterio vestro concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactioem à Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & eidem Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autè decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, domos, terras, hortos, vineas, prata, pascua, syluas, nemora, possessiones, molendina, aliaq; mobilia & immobilia bona, ad dictum monasterium spectantia, sicut ea omnia justè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio autoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Rome* apud *S. Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo sexto, tertio Nonas Iulij. Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatio omnium bonorum Monasterij per  
*Leonem Papam X.*

**L**EO Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij *S. Zenonis* per Præpositum soliti gubernari, propè & extra muros oppidi *Reichenhall* Canonicorum Regularium ordinis *S. Augustini Salisburgensis* Diocæsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, tam vigo æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vtid per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino

*Metrop. Salisb. Tom. III.*

XX 2

filiij,